

427* Tituli qui sequuntur origine urbani aliquando fuerunt fuisse videntur Reate in domo Sonantia.

1. d. m. *Aureliae Julianeti* VI, 2562.
2. C. *Valerius C. f. Flavia Spectatus Siscia* VI, 2689.
3. { *Adrastus*
| *Sophe* } Grut. 580, 14.
4. *Aelia Data* Mur. 1124, 8.
5. M. *Antoni Agathangeli* Gud. 314, 8.
6. L. *Boionio Olympo* Grut. 763, 10. Mur. 1338, 5.
7. *Caeciliae Angeleni* Mur. 1576, 5.
8. d. m. *Caninia Marcellinae* Gud. ind. p. 404.
9. Q. *Furius Q. l. Alexander* Grut. 976, 8.
10. L. *Furius M. f. Camillus* Grut. 942, 8.
11. P. *Gabinius Urbanus* Grut. 848, 10. Adhuc Reate in curia.
12. C. *Iulius Faustus* Grut. 874, 8. Reate in casa Cicchina tempore Angelotti p. 68.
13. { *C. Julio Glyceroti*
| *Ti. Claudio Aug. l. Felici Scapulano* } Mur. 690, 2.
14. L. *Magius Faustinus* Mur. 1265, 1.
15. d. m. *Quintiae Felicitati* Mur. 1274, 2.
16. *Rubria Niceni* Grut. 953, 4.
17. *Rupiliae Hyggiae* Mur. 1556, 12.
18. C. *Rusticilio Felici* Fabrett. 243, 669.
19. *diis Manibus Sabuleiae Secundillae* Rein. 41, 87. Adhuc Reate in curia.
20. M. *Servilio M. l. Heracl.* Don. 47, 10; Mur. 1539, 3.
21. { *Thalia*
| *Hymenaeus* } Gud. 333, 6.
22. *memoria Valeriorum* Mur. 1507, 4.
23. d. m. *Vatronius Venustus* Mur. 1507, 8.
- quibus accedit falsus
24. L. *Caldi L. f. Crassi et fil. Caldi Memmi et Laoniloc hic sita sunt.*

Ex his titulis constat fuisse Reate in domo Sonantia n. 2. 3. 4. 10. 18 teste Ligorio in libro Sabinensi (*Rieti in casa di M. Lor. Sonante*), n. 5. 8. 19. 21. 22 teste Holstenio apud Gudium (Reate extra portam Romanam in villa Sonantiorum), n. 4. 6. 7. 14. 15. 17. 19. 20. 23 teste Naudaeo apud Donium (Reate in hortis Bernardi Sonantii; Reate nude n. 23). Tituli n. 1. 9. 11. 12. 13. 16 cum ex eadem domo diserte non afferantur, n. 1. 11. 12 huc rettuli, quoniam Romae descripti fuerunt in eadem villa Cicchina, unde complures titulos Sonantii Reate transtulerunt, Reate autem hos quoque pervenisse de n. 1 et 12 efficitur testimonio Ligorii in libro Sabinensi, cum n. 11 adhuc Reate prostet. N. 9 et 16 cum constet antea in urbe fuisse, a Ligorio collocantur Reate domo non indicata, id quod ad domum Sonantiam potissimum dicit; similiterque n. 24 a Ligorio ita fictus est, ut praescriberet: *a Rieti pure trasportata da Roma*. N. 13 denique Ligorius refert sub praescriptione *'in Roma in casa di Gio. Francesco Sonantio'*, Sirmondus autem vidit Reate. — Quod attinet ad originem, 'Romae apud Ioh. Franciscum Sonantium' descripti sunt tituli n. 13 (ut supra dixi) et 22; 'Romae in pariete vineae Francisci Cicchi inter arcum Constantini et septizonium Severi' a Smetio aequalibusve excepti sunt tituli 1. 3. 6. 10. 11. 12; alibi in urbe ante quam Reate deferentur descriptos esse constat n. 2. 8. 16. 20. 23; denique ex urbe Reate adlatos esse titulos n. 9. 18 (item n. 24 fictum) Ligorius ait in libris Taurinensis. Qui restant tituli n. 4. 5. 7. 14. 15. 17. 19. 21, de eorum origine urbana inde tantum conjectura capienda est, quod Sonantiani tituli quatenus de origine constat omnes urbani sunt et ipsi plane urbanam formam prae se ferunt.

428* Titulos qui sequuntur

1. *deae Telluri* VI, 769.
 2. d. M. *Aelia Secundae* cet. Hodie Reate in curia.
 3. *dis Manib. Sex. Anni Januari vestiari* cet. Fabrett. 237, 631. Hodie Reate in curia.
 4. d. m. *hoc monumentum sive sepulchrum comparavit T. Aurelius Antiochus* cet.
 5. d. m. | *hoc monumentum sive sepulchrum comparavit sibi | Rubria Julia et M. Rubrio Zosimo | patrono optimo et libertis libertibus posterisq. eorum in fronte | pedes XX in agro pedes XIX concessu ab M. Scanniano Januario*
- item verorum titulorum falsa exempla haec:
6. *legum domino .. d. n. Fl. Valentianino* cet. VI, 1180.
 7. *libertatis d. n. Flav. Gratiano* cet. VI, 1181. Hodie fractum Reate in curia.
 8. M. *Aurelius Domitianus* cet. Grut. 4439, 42. Genuinum exemplum est Romae in Vaticano; falsum hodie extat bipertitum Reate in curia. V. 9 pro verbis archetypi in *latus in via Arditi* respiciente in exemplari falso Reatino legitur in *latus in via Reatina* respiciente.
 9. { d. m. Ti. *Claudius Trophimus* cet. | Grut. 772, 4. Genuinum exemplar | d. m. *Scantia Venusta* cet. extat Romae in aedibus quae fuerunt Porcariorum.

Angelottius descripsit Reate in domo Vecchiarelli. Ex his primi et tertii urbanan originem testamat habemus, nec dubium est falsa exempla 6—9 item ex urbe adlati esse. Itaque reliquos quoque, scilicet 2. 4. 5 aliunde ignotos, expuli, cum praesertim propter argumentum urbi optime convenient. Quintum titulum scheda Gandelliana n. 197 cum collocent Città Ducale, probabile est eo titulum translatum esse disperso museo Vecchiarelliano.

429* Urbanae originis praeterea hi tituli translati sunt Reate.


1. C. *Armini Hermetis* titulus, quem Angelottius p. 70 descripsit Reate in aedibus Savarelli, antea a Sirmondo descriptus fuit Romae. — Itaque titulus n. 4713 adservatus ibidem fortasse et ipse ex urbe venit.
2. d. m. *Sex. Pomponius Primigenius* Fabrett. 327, 473 ex Angelottio, ut ait; at apud Angelottum non legitur, nisi forte Fabrettius usus est exemplari cum auctoris additamentis manu scriptis; certe ex lapide descriptos titulos Reatinos Fabrettius praeterea non habet. Hodie Reate in curia. Inter urbanos posui, cum eius originis speciem titulus prae se ferat.

430* Ex titulis male relatis inter Reatinos notavi hos.

1. Q. *VIBIVS VARVS*, quem affert Mur. 1765, 8 ex schedis Ambrosianis, non recepi, cum absit ab Accursio et aliquid turbatum esse videatur.
2. *Haerisinae* titulus Grut. 730, 5 adhuc prostans Interamnae Nahartium in libro Sabinensi referunt inter Reatinos.
3. *Providentiae Augustae* titulum item Interamnatum (Mur. 90, 5) Reate collocat Fabrettius 694, 148 errore.
4. L. *Tesivitani Primionis* titulum alterum Interamnatum (Donat. 86, 7) simili errore Fabrettius 408, 333 Reatinum dicit.
5. C. *Titieno C. f. Lem. Flacco* titulus Hispelli adhuc extans (Grut. 474, 6) legitur in codice Vallicelliano f. 48' sine loco, sed in capite Reatinorum, unde collocatur Reate et in libro Sabinensi f. 10' (quamquam sub vera loci indicatione ibidem reddit f. 27) et apud Gruterum l. c. ex Ursinianis.
6. d. m. *quid sibi volt quaeris ... Hermodoro Paragmio* cet. (Mur. 956, 1) a Reinesio 18, 22, qui sumpsit ex Langemannianis, id est ex Lilio f. 80', collocatur prope Reate non recte; Lilius enim pariter atque Pomponius Laetus, a quo pendent quicunque epigramma proponunt, rettulit loco non adscripto. Nos collocavimus in urbanis.

LXXXIII. STRONCONE.


431* colonna di calcestruzzo che aveva inserita (immo inserita) una picciola lapida di marmo bianco di figura quadrilunga, da un lato spezzata. Rep. a. 1792, dum reficitur via publica sub monte S. Anthimi.



Theod. Costanzi apud Guattanum mon. Sab. 4 p. 211.

Hinc Costanzius probatum ivit coloniam Romuliam Trebulam Sufenam deductam esse a Romulo et Sulpicio Rufo, terminum autem eius adsignationis hunc esse sextum. Quam ob rem eleci, etsi fortasse genuinus titulus subest.

433* Stroncone antea apud Theodorum Costanzi, iam ex dono eius in scalis curiae.



Descripsit Stevenson falsamque iudicavit. Versus primus et secundus ab alia manu adiecti sunt.

432* ad S. Anthimi nella mura delle cantine rurale ereditaria del su canonico Don Gregorio Grimani cost. Quaesivit per omnes casas Grimianas quae ibi sunt fuerunt nec repperit STEVENSON.

III	·	V
P	·	A E N
VET	·	AN
C	I V	· R

Theodorus Costanzi apud Guattanum mon. Sab. 4, 219; dedit item Eroli Nariniensis, sed descriptam ex Guattanio.

Interpretatur editor sic: 'quadrupviris Publio Aenobarbo, Vetorio Ancilio, civibus Romanis': *li nomi degli altri due monetali erano segnati nella porzione mancante del marmo*. Quod quamquam apertae fraudis est, fragmentum alicui sincero hoc quoque monstrum superstructum esse probable est.

434* P. *Rubri Trophimi* titulum (Orelli 4240) Theodorus Costanzi apud Guattanum mon. Sab. 4, 197 eruderatum esse voluit ad Stroncone oppidum. At omnino origine urbanus est. Innotuit primum per Muratorium 314, 2, cui misit Contuccius servatum eo tempore Romae apud patres societatis Iesu; hodie est in Vaticano. Illam originem commentus est Costanzius, ut in eo titulo nominatum Nonium consulem cum Noniis Sufenatis coniungeret et sic oppido suo Trebulac Sufenatis nomen confirmaret levitate rationandi summa neque a fraude aliena.